tis. p. pfa. Q ui salutem. Co.

Dñs uirtutū ip̄e est rex gl̄e. p̄co.

S acramento tui q̄s dñe
participatio salutaris.
et purificationē nob̄ prebeat
et medelam. p. sup p̄lm.

B a q̄s dñe populo tuo salu-
tem mentalis et corporis.
ut bonus opibz inherendo. tua
semper mereatur protectione de-
fendi. p. feria. uj. officiū.

E xpecta dñm uiriliter age et
confortes cor tuū et sustine

dñm. Dñs illuminatio mea et
salus mea quē timebo. oratio.

N ostra tibi q̄s dñe sunt
B accepta ieunia. que nos
eo expiando gratia tua dig-
nos efficiant. et ad remedia
pducant eterna. p. l. c. danie-

l diebz illis. Congre pp̄b̄.
gati sunt babylonij ad regē:
et dixerunt ei. Trade nobis da-
nielem: qui bel destruxit eo
drachonem interfecit. Alio-
quin interficiem̄ te et domū
tuam. Vidi ergo rex qđ ir-
uerent in eū uehementē: et
necessitate compulsus. tra-
didit eis danielē. Qui mi-
serunt eū in lacum leonū:
et erat ibi sex diebz. Porro
in lacu erant leones septē:
et dabantur eis cotidie duo
corpora et due oves. Et tunc
nō data sunt eis: ut devora-
rent danielē. Erat aut̄ aba-
cūch pp̄ha in iudea: et ip̄e co-
xerat pulmentū. et intrive-
rat panes ī alueolo. et ibat
in campū. ut ferret mes-
soribz. Dixitq; angls dñi

17

donis potioribz augeatur.
O. Re hieremie pphete.
In diebz illis. **D**ixerunt im-
py iudei adiuvicem. Venite
cogitemus contra iustum co-
gitationes. Non enim pribit
iex a sacerdote? neq; consili-
um a sapiente. nec sermo a
ppha. Venite perticiamus eū
lingua: et nō attendamus ad
uniuersos sermones eius.
Attende dñe ad me: et audi-
uaces aduersariorū meorū. Nū
quid redditur p bono malū?
Quia foderunt soueam anu-
me mee. Recordare qd' stet-
rum in conspectu tuo. ut lo-
querer p eis bonū: et auer-
terem indignatēm tuam
ab eis. Propterea da filios
eoz in famē: et deduc eos in
manus gladij. Siant uxore
eoz absq; liberis et iudice: et
uiri eary interficiant̄ morte.
Juuenes eoz confodiantur
gladio in prelio: audiatur
clamor de domibz eoz. Addu-
ces enī sup eos latronem re-
pente: qz foderunt soueam

ut caperent me. et laqueos
absconderūt pedibz meis. Tu
auī dñe scis omne consilium
eoz aduersū meī mortē. Ne
ppitteris iniurati eoz: et
peccatū eoz a facie tua non
deleatur. Siant corruentes ī
conspectu tuo. in tempe furio-
res tui. dñe ds meus. **R**Pa-
cifice loquebant̄ m inimici mei et
in ira molesti erant m. **X. V**idi
dñe ds meus ne sileas. ne discedas
ā me. **S**dm Joh̄m.
In illo x. Subleuatis ih̄c o-
culis in celum: dixit. Pat̄
uenit hora: clarifica filiū
tuū ut filius tuus clarificet
te. **S**icut dedisti ei potestatē
omnis carnis: ut omne qd'
dedisti ei det eis uitam eter-
nam. Hec est auī uita eterna:
ut cognoscant te solū uerū
deum et quē misisti ihm x.
Ego te clarificauī sup terrā:
opus consumauī qd' dedisti
michi: ut faciam. Et nunc
clarifica me tu pater apud
temetipm: claritate quam
habui priusqm mundus ecō

ap' te. Manifestavi nōmen
tūi hōmibz: quos dedisti m̄
de mundo. Tui erant 7 m̄ eos
dedisti: 7 sermonē tūi serua
uerūt. Nunc cognoverūt q̄a
om̄ia que dedisti m̄ abs te s̄t:
q̄a uerba que dedisti m̄ dedi e
is. Et ip̄i accepūt. et cognoue
runt uere quia a te exiūt: 7
crediderūt. q̄ tu me misisti.
Ego p̄ eis rogo. Non p̄ m̄ndo
rogo: sed p̄ his quos dedisti
michi quia tui sunt. Et me
a om̄ia tua sunt. et tua mea
sunt: 7 clarificatus sum ī eis.
Et iam nō sum in m̄ndo: et
hi in mundo sūt. 7 ego ad te
uenio.

OFF Benedic̄tus es dñe do
ce me iustificationeſ tuaſ 7 nō tra
das calumniantibz me sup̄bis. et
respondebo exprobrantibz m̄ uerbū.

Hanc̄tis nos dñe q̄s **secta**.
reatibz et piculis p̄pitia
tus absolue. quos tanta my
sterij tribuis esse particeps.

P. pref. Qui salutē. **C.** Ne ta
dideris me dñe in aias p̄sequenti
um me. q̄ insurrexerūt in metas
tes iniqui et mentita ē inq̄taſ ſ.

Divini satiati mune p̄c̄.
D̄ris largitate q̄s dñe d̄s
noster. ut huus semp̄ partici
patione uiuamus. **P. Cr̄ plim**

Tueatur q̄s dñe dextera tu
a plim tūi deprecante.
et purificatū dignant̄ eru
diat. ut consolatione preſeti
ad futura bona pficiat. **P. Do**

m̄nica ī ramis palmaribz. oſti

Dñe ne longe facias auxiliū tu
um a me ad defensionem meā
aspice. libera me de ore leonis 7 a cor
ribz unicornū humilitatē meam.

X. Dñe deus meus respice ī me q̄re

Ome dereliquisti. **oratio.**
Om̄ps semp̄itne d̄s. qui
humano generi ad imitan
dū humilitatis exemplū sal
uatorē n̄m carnem sume.
et crucem subire fecisti. Coce
de p̄pitius. ut et patientie
ip̄ius habere documenta. et
resurrectionis consorea me
reamur. **P. eūde. Ad philippes.**

Dks. **H**ac sentite in uobz:
qd̄ et in xp̄o ihu. Qui
cum in forma dei esset nō
rapinā arbitratus est esse

— + — | QMIV. III. V. —
ab. 109108 DU MUNDUS obij. 10 V

se equale deo: sed sed semet
ipm exinanuit formā ser-
ui accipiens i similitudine
hūm factus. et habitu inue-
tus ut homo. Humiliauit
semetipm factus obediens us-
q ad mortē: mortem autē
crucis. Propter qd et d's exal-
tauit illū. et donauit illi no-
men qd est sup omne nomē:
ut in nomine ihu omne ge-
nū flectat. celestū. terrestri-
um. et infernoꝝ. Et omnis lin-
gua confiteat: quia dñs ihc
xp̄c in gla est dei p̄s. R.

Tenusti manū dexteram meā i
uoluntate tua deduxisti me et cū
gla assumpsisti me. R. Quam bo-
nus ist' d's rectus conde. me aū pene
morti sunt pedes pene effusi sunt grec-
cius me qz zelau i peccatoribz pac-
peccatoruꝝ uidens. Tractus.

D eus d's meus respice in me qz
me dereliquisti. R. Longe a
salute mea uerba delictor meoꝝ. R.

D eus meus clamabo p diem nec
exaudies. et nocte et nō ad insipien-
tiā mī. R. Tu aū in sc̄o habitas
laus iscl. R. In te spauerūt p̄s

nū spauerūt et liberasti eos. R. d
te clamauerūt et saluū fū sunt. in te
spauerūt et nō sunt confusi. R. go
aū sum uermis et nō homo obpro-
brum hūm et abiectio plebil. R.

O m̄s qui uidebant me asp̄nabā-
tur me. locuti sunt labiſ et moue-
runt caput. R. P auit in dño e-
ripiat eū saluū faciat eū qm u-
uult eū. R. Ipsi uero considera-
uerunt et conspererūt me diuide-
runt sibi uestimenta mea et sup uestē
meā miserūt sortem. R. Libera me
de ore leonis et a cornibz unicornū
humilitate meam. R. Qui timet
dñm laudate eū uniuersum sem-
iacob magnificate eū. R. Enūci-
abitur dño generatio uentura et
annūciabūt celi iustiam eī. R.

P opulo qui nascetur qz fecit dñs.
ad passionem nō dicatur.

Dñs uobiscul. nec tra tibi
dñe. nec signent se. Passio
dñi nři ihu xp̄i. S. matth.

I n illo R. Dixit ihc. d. s. Sa-
tis quia post biduum pascha fi-
et. et filius homis tradit ut
crucifigat. Tunc congrega-
ti sunt príncipes sacerdotū et

Procurores p[ro]li in atriu[m] princi-
 pis sacerdotu[m] qui dicebatur
 Caiphas: et consilium fecerunt
 ut ih[esu]m dolorem tenerent et occi-
 derent. Dicent autem illi. Non in die
 festo. Ne forte tumultus fieret
 in populo. Cum autem esset ih[esu]s in
 bethania in domo symonis le-
 prosi: accessit ad eum mulier
 habens alabastru[m] unguenti
 preciosi. et effudit super caput
 ipsius retumbentis. Videntes
 autem discipuli: indignati sunt
 dicentes. Ut quid predictio hec:
 Potuit enim istud uenundari
 multo: et dari paup[er]ib[us]. Si
 enim autem ih[esu]: ait illis. Quid
 molesti estis huic mulieri?
 Opus bonum: opata est in me.
 Nam semper pauperes habent uo-
 biscum: me autem non semper habe-
 bitis. Mittere enim hoc unguen-
 tum hoc in corpus meum: ad
 sepelendum me fecit. Amen
 dico uobis: ubiqueque predica-
 tum fuerit hoc euangeliu[m] in
 toto mundo: dicitur et quod hic
 fecit in nomine eius. Tunc
 abiit unus de discipulis qui

dicitur iudas seacoth ad pri-
 capes sacerdotu[m]: et ait illis. Quid
 uultis in dare: et ego uobis dona-
 dam. At illi consternerunt ei
 triginta argenteos. Et exinde
 querebat oportunitatem: ut
 eum traderet. Prima autem die a
 zimoy: accesserunt discipuli
 ad ih[esu]m dicentes. Vbi uis pa-
 remus tibi comedere pascha?
 At ih[esu]s dixit. Ite in ciuitatem
 ad quendam: et dicite ei. Ma-
 gister dicit. Tempus meum
 ipse est: apud te facio pascha
 cum discipulis meis. Et fecerunt
 discipuli sicut constituerat ih[esu]
 ih[esu]: et parauerunt pascha. Vnde
 pere autem fuit: discumlebat cum
 duodecim discipulis suis. Et e-
 dentibus illis: dixit. Amen
 dico uobis: quia unus uer-
 trum me traditurus est. Et
 constituti ualde: cepe-
 runt singuli dicere. Numquid
 ego sum d[omi]n[u]s? At ipse respon-
 dens ait. Qui intingit me
 cum manu in partu side:
 hic me tradet. filius quidem
 hominis uadit: sicut scriptu-

his que fiebant. tamen uerū
ualde dicentes. **N** vere filius
dei erat iste. Erant autē ibi mu-
lières multe alonge. que se-
cute erant ihm. agalj lea-
ministrantes ei. Inter quas
erat maria magdalene. et
maria iacobi et ioseph ma-
ter. et mater filiorū zebdei.
Cum sero autē fēm esset. ue-
nit homo qđam diues ab a-
ramathia nōne ioseph. qui
et ipse discip̄ls erat ihu. **H**ic
accessit ad pylatū. et petiit
corpus ihu. Tunc pylatus
uulsiit reddi corpus. Et accep-
to corpore ioseph. inuoluit
illud in syndone munda. et
posuit illud ī monumento
suo nouo. qđ excederat ī pe-
tra. Et adiuoluit saxum ma-
gnū ad ostium monuīti.
et abiit. Erant autē ibi maria
magdalene et altera maria.
sedentes contra sepulchrū.
Altera autē die que ē post
parasceuen. conuenerunt
principes sacerdotū et phari-
sei ad pylatū dicentes. **O**nī

recordati sumus. quia seduc-
tor ille dixit adhuc uiuens.
post tres dies resurgā. Iube
ergo custodi sepulchrum
usq; in diem terrū. ne forte
ueniant discip̄li eius et fu-
rentur eis. et dicant plebi.
surrexit a mortuis. **E**t ero
nouissimus error peior pri-
ore. **A**it illis pylatus. Habe-
tis custodiā. **I**te custodite
sicut scitis. Illi autē aberunt
muniētū sepulchrū. sig-
nantes lapidem cū custodi-
bus. **H**ic nō debet sacerdos
osculari librū. off. **I**mpro-
pium expectauit cor meū et mi-
seriam et sustinui qđ simul co-
tristare. et nō fuit consolant̄
me quesui et nō inueni et dede-
runt ī escam meam fel et ī sui
mea potauerūt me aceto. **sec.**
Qoncede qđs dñe. ut erit
tue maiestatis munī
oblatū et ḡfam nob̄ devo-
tionis obtineat. et effectū
beate penitatis ad qrat.
P. **pfa.** **Qui salutē.** **o** **D**at
si nō potest hic calyx transire

nisi bibam illum fiat uoluntas tua.

Per huius dñe opatio p̄co.
Pnem mysterij. 7 uita no-
stra purgentur. 7 iusta deside-
ria compleantur. P. fia. ij.

Vdica dñe nocentes me expu offi-
gna impugnantes me apprehende
arma 7 scutum 7 exurge i adiutorium
meum dñe uirtus salutis mee. V.

Effunde flameam 7 conclude ad-
uersus eos qui psequuntur me. oto

Da q̄s omnipotens ds. ut
qui in tot aduersis ex-
nca infirmitate deficiamus.
intercedente unigeniti filii
tui passione respiremus. P.

Si diebz lcyfaie plx. eundem
illis. **D**ixit ylaias. Oñs ds
apuit michi aurem. ego a-
no contradico. retrosum
no abi. Corpus meu dedi p-
atientibz. 7 genas meas
uellentibz. faciem mea no
auerti. ab increpatibz 7 co-
spuentibz in me. Oñs deus
auxiliator meus. 7 ideo no
sum confusus. Ideo posui fa-
ciem mea ut petram durissi-
mam. 7 scio qm̄ no confu-

dar. Juxta est qui iustificat
me. Quis contradicet mihi. Si te
mis simul. Suis est aduer-
sarius meus. Accedat ad me.
Ecce dñs ds auxiliator meus.
Quis est qui condemnat me?
Ecce om̄s quasi uestimentū
conterentur. tinea comedet eos.
Quis ex uobis timens deū au-
diens uocem serui sui? Quis
ambulauit i tenebris. 7 no
est lumen ei? Spec in noīe
dñi. 7 innitatur super deū
suum. **R**ex xurge dñe. 7 inten-
de iudicio meo ds meus 7 dñs me-
us in causam meā. V. **E**ffunde
flameam 7 conclude aduersus eos
qui me psecuntur. **R** dñe no sed.
N illo tp̄re. **A**nte s. joh̄m.
sex dies pasche uenit ih̄c beha-
niā. ubi fuerat lazarus
mortuus quē suscitauit ih̄c.
Fecerūt aut̄ ei cenam ibi. et
martha ministralat. Lazarus
uerō unus erat ex discumbe-
tabz cū eo. Maria uero acce-
pit libram unguenti nar-
di pistaci preciosi. 7 unxit
pedes ih̄u. 7 extersit capill

Si uobis dixero: non credetis
michi. **S**i aū 7 interrogatur
uero: non respondebitis michi
neque dimittetis. Ex hoc aū
erit filius homis sedens ad ex-
tris uirtutis dei. Dixerunt
aū omnis. Tu ergo es filius
di. Qui ait. Vos dicitis quod
ego sum. At illi dixerunt.
Quid adhuc desideramus te-
stimonium? Ippi enī audiunti
de ore eius. Et surgens omnis
multitudo eoz: dixerunt
illū ad preylatū. Ceperunt aū
illū accusare dicentes. Hoc
inuenimus subuentem gen-
tem nostram. 7 prohibentur tri-
buta dari cesari: 7 dicente
se xpm regem esse. Preylatus
aū interrogauit eum dicens.
Tu es rex iudeorum? At ille re-
pondens ait. Tu dicas. At a
preylatus ad principes sacer-
dotiū 7 turbat. Non sicut inue-
nio cause in hoc homine. At
illi inualebant dicentes.
Commouit plin dicens p
uniuersam iudeam: incipie
a galylea usque huc. Preylatus

aū audiens galylea: inter-
rogauit si homo galyleus
esset. Et ut cognouit quod de
herodis potestate esset: remi-
cit eum ad herodem qui 7 ipe hie-
resolum erat illis diebz. He-
rodes aū iuso ihu: gauisus
est ualde. Erat enim ex ml
to trapre cupiens uidere eum:
eo quod multa audiret de illo.
et speculabat signum aliquid uide-
re ab eo fieri. Interrogabat
aū illum multis sermonibz.
At ipe nichil illi responde-
bat. Stabant etiā princi-
pes sacerdotiū 7 scribe: con-
stanter accusantes eum. Sp
uit aū illum herodes cum exer-
citu suo: 7 illus in induitu
ueste alba 7 remisit ad prey-
latum. Et f*aci*s sunt amici
herodes 7 preylatus: i*n* ipe
die. Nam antea inimici
erant ad iuicem. Preylatus
aū conuocatis principibz
sacerdotiū 7 magistratibz 7
plebe: dixit ad illos. Obra-
vistis min hunc hominem quasi
auertente plm: 7 ecce ego

Vell.
corā nobis interrogans nū
lam causam inueni in hō
mīne isto ex his in quibz
eum accusatis. **S**ed neqz
herodes. Nam remisi uos
ad illum: et ecce nichil dig
num morte actum est ei. G
mendatū ergo illum dimit
tam. Necesse autē halent di
mittere eis p̄ diem festum
unū. Exclamauit autē simile
uniūsa turba: dicens. Tol
le hunc: et dimitte nobis
barakam. Qui erat p̄pter
seditionē qndam factam
in ciuitate et homicidū: mis
sus in carcerem. Tercū autē
p̄ylatus locutus est ad u
los: uolens dimittere ihm.
At illi subclamabant: di
centes. Crucifige crucifi
ge eū. Ille autē terro dixit
ad illos. Quid enī malific
et iste? nullax causam
mortis inuenio in eo. Cor
ripiam ergo illum: et di
mittā. At illi instabāt: uo
cibz magnis postulantes
ut crucifigeret. Et inua

lerebant uoces eoz. Et p̄y
latus adiudicauit fieri i. cni
onem eoz. Dimisit autē ill
eum qui ppter homicidū
et seditionē missus fuerat
i carcerem quē petebant.
Ihm uero tradidit uolunt
ati eoz. Et enī ducebant eū
apprehenderūt symonem
quendam ejusdem ueruen
tam de villa et imposuerūt
illū crucem portare p̄ ihm.
Sequentē autē illum milita
rū et p̄lū et mulierū: que
plangebant et lafitalib
enī. Convenerūt autē ad illas
illū. dixit. Filie hieronimo
lire facere sup me. sed lux uo
ipas fleti et lux filios uos:
qndam ueruent dies i quibz
dicunt. Beate steriles et ue
tres qui nō genuerūt: et u
teria que nō partauerūt. Ne
intupiant dicere mortibz
cadite sup nos: et coibus
opiti nos. Quia si in un
di ligno het faciūt in ardo
quid fieri. Ducebant autē et
alii duo nequa cū eo: ut

ingressus est pretorū ite
rum: et dixit ad ih̄m. Vnde
es tu? Ihe aū responsū nō de
dit ei. Dicit ergo ei pilatus.
Nūchi nō loqueris. Nescis
quia potestate habeo cruci
figere te. et potestate habeo
dimittere te. Respondit ih̄c.
Non haberes potestate ad
uersum me ullam: nisi d
atū esset desup. Proptea
qui tradidit me tibi: mal
petatū haret. Et exinde q
relat pilatus dimittē eū.
Iudei aū clamabant dice
tes. Si hunc dimittis: n
es amicus cesaris. Onus
enī qui se regem facit: cō
tradicit cesari. Pilatus g
cū audisset hos sermones
adduxit foras ih̄m: et sedis
p tribunali in loco qui di
citur lichostatos. hebraice
aū galatha. Erat aū para
steue pasche: hora q̄i sexta.
Et dicit iudeis. Ecce rex iū.
Illi aū clamabant. Colle tol
le: crucifige eū. Dicit eis
pilatus. Regem iūm cru

cifigam. Respondit
tifices. Non habemus re
nisi cesarem. Tunc ergo
didit eis illū: ut crucifig
suscepunt aū ih̄m?
duxerunt. Et bauulan
crucem exiuit in eū q
citur calvarie locum h
ice golgotha: ubi eū
fixerunt. Et cū eo alio
os hinc et hinc: mediū
ih̄m. Scriptū aū et t
uum pilatus: et posuit
crucem. Erat aū script
ih̄c nazarenus rex iude
Hunc ergo titulus m̄bi
gerūt iudeoy: q̄ p̄p̄ a
tatem erat locus ubi ci
fixus est ih̄c. Et erat se
tum: hebraice. ḡete et l
ne. Dicebant ergo pilat
pontifices iudeoy: soli u
vere rex iudeoy: sed q̄ ip
xit rex sum iudeoy. Respi
dit pilatus. Qqd scrip
scripsi. Milites ergo cur
crucifixissent eū: accepū
uestimenta eius: et fecer
quatuor p̄tes unicuiq̄

1 p̄m. Et tunicam. Erat
1 tunica inconsutilis: de-
p contexta p totū. Dixe-
t ergo ad iuicē. Non
damus eam: sed sorcia-
r de illa. cuius sit. Ut
rtura implaret dicens.
At sūt uestimenta me-
bi: et ī uestem meā mi-
unt sortem. Et milites
de hec fecerūt. Stabat
uxta crūcem ihu mat̄
soror matris eius ma-
eleophe: et maria mag-
ene. Cum uidisset ergo
matrē et disciplin stan-
nque diligebat: dicit
icti sue. M̄lier. ecce si-
stūtūs. Deinde dicit di-
pulo. Ecce mat̄ tua. Et
illa hora accepit eam
scaples in suam. Postea
ens ihc quia iam om̄ia
nsummata sunt: ut co-
mmaret scripture dict. 3
itio. Nas ergo possum
at acetō plenū. Illi aut̄.
ongiam pleniam acetō
sopō cūcūpōrentes: ob-

tulerūt on eius. Cum ergo
accepisset ihc acetū: dixit.
Consumatū est. Et inclina-
to capite: tradidit sp̄m. Ju-
dei ergo qm̄ parasceue erat
ut nō remanerent in cruce
corpa sabb̄o. erat enī mag-
nus dies ille sabb̄i: rogaue-
runt pilatū ut frangere-
tur eoz crura et tollerent̄.
Venerūt ergo milites: et
primi quidē frēgerūt cru-
ra. et alterius qui crucifi-
xus est cū eo. Ad ihm aut̄
cū uenissent ut uiderunt
eū iam mortuū. nō frege-
runt eius crura: s̄ unus
militū lancea latus eius
apuit. et continuo exiuit
sanguis et aqua. Et qui
uidit testimoniu phibuit:
et uerū est testimoniu ei.
Et ille seit quia uera dicit:
ut et uos credatis. Facta s̄
enī hec: ut scripture im-
pleretur. Os nō communi-
ctis ex eo. Et iterū alia scri-
ptura dicit. Videbunt in
quē transfixerūt. Posth-

44711
14811
p11 p1

aū rogauit pilatū ioseph
ab armathia eo qđ esset
discipl's ihu occultus aū
pter metū uideor: ut tol-
leret corpus ihu. Et p̄misit
pilatus. Venit ergo: & tu-
it corpus ihu. Venit aū
et nichodemus qui uene-
rat ad ihm nocte primū:
ferens mixturā murre & a-
loes qđ libras centū. Acce-
punt ergo corpus ihu:
et ligauerūt illud linte-
is cum aromatibz sicut
mos est iudeis sepelire. Erat
aū in loco ubi crucifixus
est ortus: & in orto mony-
mentū nouū in quo nō
qđam positus fuerat. Ibi
ergo ppter parasteuen in
deor quia iuxta erat mo-
numentū: posuerūt ihm.
Hic sacerdos nō osculet̄ libru.
Plecta passione dicant̄ seqn-
tes orationes sine dominus
uobiscum. **Hec modo.**

Oremus dilectissimum no-
bis p̄ ecclia sc̄a dī. Do-
eam dī & dñs noster pa-

22
cificare & custodire digne-
tur. toto orbe terraribz. subi-
ciens ei principat̄ & potes-
tates. detqz nobis quietā
et tranquilla uitam. de ge-
tibz glorificare deum p̄em
om̄potente. **O**remus.

Flectamus genua. **I**te
Om̄ps sem̄ **oro**. uate.
Opterne dī. qui glām-
tuam om̄ibz in xp̄o geni-
bus reuelasti. custodi opera
misericordie tue. ut ecclia tua to-
to orbe diffusa. stabili fide
in confessione tui nomi-
nis p̄seueret. **P**endum.

Oremus & p̄ beatissimo
papa nō. H. ut dī et
dñs noster qui elegit eum
in ordinē episcopatus. sal-
uum atqz incolū custo-
diat ecclie sue sc̄e. ad regen-
dum pp̄lin sc̄m dī. **O**remus.

Flectamus genū. **I**te uate.
Om̄ps sempiterne deus
ciuis iudicio uniusa
fundant̄. respice p̄pitius ad
preces nr̄as. & electum nob̄
antistitem tua pietate co-

serua. ut xpiana plebs que
te gubernatur auctore. sub ta
to pontifice credulitatis sue
meritis augeat. p.

Oremus et p omibz episco
pis. presbiteris. diaco
nibz. subdiaconibz. acolitis.
exorcistis. lectoribz. ostiariis.
confessoribz. virginibz. ui
dus et p omni plo scō dī.

Oremus. Dilectamus gen.

Om̄ps semper oratio. Deuate.
O terne d's cuius sp̄ni to
tum corpus ecclie sacrificat̄
et regitur. exaudi nos pro
universis ordinibz suppli
cantes. ut ḡre tue muñe
ab omibz tibi gradibz fide
liter seruiat. p. eiusde.

Oremus et p xpianissimo
rege nō. H. ut d's et do
minus nr̄ subditas illi faci
ad om̄s barbaras natōes
ad nr̄am ppetuam pacem.

Oremus. Dilectamus gen.

Om̄ps oratio. Deuate.
O sempiterne d's in cui
manu sunt om̄ium potes
tates. et om̄ium iura reg-

noz. respice ad xpianū be
nignus impū. ut gentes
que in sua feritate confi
dunt. potentie tue dext̄a
comprimant. p.

Oremus et p cathecum
nis nr̄is. ut d's et dñs
noster adapiat aures pre
cordior̄ ip̄o. ianuam qz
misericordie ut p lauachrū re
generationis accepta re
missione om̄ium pcc̄o.
et ip̄i inueniant̄ in xp̄o
ih̄u dño nō. O remus.

Dilectamus gen. Deuate.

Om̄ps semperne deus
qui eccliam tuam no
ua semp prole fecundas.
auge fidem et intellectū ca
thecumnis nr̄is. ut rena
ti fonte baptismatis. adop
tionis tue filiis aggreget.

Oremus dilectioni oratio. p.
O mi nobil deū p̄m
omnipotē. ut cunctis
mundū purget erroribz.
moibz auferat. famem
depellat. aperiāt carceres.
vincula dissoluat. p̄gri

nantibz redditū infirman-
tibz sanitatē nauigantibz
portū salutis indulgeat.

Oremus. **E**lectamus genī.

Bomps sem̄ ōo. **E**euate.
Opiterne d̄s mestoy cō-
solatio. laborantū forti-
tudo. pueniant ad te pre-
ces de quacūq; tribulati-
one clamantū. ut om̄s s̄
in necessitatibz suis m̄iam
tuam gaudeant affuisse. ♫

Boremus ⁊ p hereticis et
scismaticis. ut deus ac-
d̄ns noster eruat eos ab er-
roribz uniuersis. ⁊ ad scām
matrem eccliam catholicā
atq; aplicam reuocare dig-
netur. **Oremus.** **E**lectam⁊
genua. **E**euate. **Oratio.**

Bomps sempitne d̄s q̄
saluas om̄s ⁊ nemine
uis pure. respice ad aias dia-
bolica fraude deceptas. ut oī
heretica prauitate deposita.
errantū corda resipiscant.
et ad ueritatis tue redeant
unitatem. ♫. **Oratio.**

Oremus ⁊ p pfidis iudeis

ut d̄s ⁊ d̄n̄s nr auferat ue-
lamen de cordibz eoz. ut et
ipi agnoscant ih̄m xp̄m do-
minū nr̄m. **Hic nō dicō** **E**le-
ctamus genī. **H** **Oremus.**

Bomps sempitne d̄s ōo.
O qui etiā iudaicam pf-
diā pfidiā a tua miseri-
cordia nō repellis. exaudi p-
tes nr̄as. q̄s p illius ppli ob-
cratione deferimus. ut ag-
nita ueritatis tue luce que
xp̄s est. a suis tenebris eru-
antur. ♫ eundem.

Boremus ⁊ p paganis ut
d̄s om̄ipotens auferat
iniquitatē a cordibz eoz. ⁊
relictis ydolis suis conuer-
tantur ad deum uiuū ⁊ ue-
rum. ⁊ unicū filium eius
ih̄m xp̄m deum ⁊ d̄n̄m
nr̄m. cū quo uiuit ⁊ ⁊ ve-
gnat cū sp̄u sc̄o deus per
om̄ia sc̄la sc̄lōy. **Oremus.**

Electamus genua. **E**euat-

Bomps semp̄ orato. te.
Opiterne d̄s qui nō morte-
petoy sed uitam semp̄ inq̄
ris. suscipe ppitius oratio

Būdo ierue.
et cetero. ut oī

nem nūm. et libera eos ab y
doy cultura. et aggrega ec
clesie tue sc̄e ad laudem et gl̄i
am nominis tui. p. **S**abb̄o
sc̄o nō premisso Confiteor. in
choetur offm p lectionem se
quentē et legatur sine titulo.
Et sequentes similiter.

N principio creauit d̄s ce
lum et terram. Terra autē
erat manus et uacua et te
nebre erant sup faciem a
byssi. et sp̄s dei cerebatur
sup aquas. **D**ixit q̄z d̄s.
Fiat lux. Et facta ē lux. Et
uidit deus lucem qđ ēt bo
na. et diuisit lucem a tene
bris. Appellauitq; lucem
diem. et tenebras noctem.
Factumq; est uesper et ma
ne dies unus. **D**ixit quoq; d̄s.
Fiat firmamentū in
medio aquar̄. et diuidat
aquaſ ab ab aquis. Et fe
cit d̄s firmamentū. diui
sit q̄z aquas que erant
sub firmamento. ab his
que erant sup firmame
ntum. Et fēm est ita. Vota

uit q̄z d̄s firmamentū ce
lum. Et fēm est uesper et ma
ne. dies sed̄s. **D**ixit uero
d̄s. Congregentur aque q̄
sub celo sunt in locum unū.
et appareat arida. fēm q̄z
est ita. Et uocauit d̄s ari
dam terrā. congregates
q̄z aquar̄ appellauit ma
ria. **E**t uidit deus qđ ēt
bonum. et aut. Germinet
terra herbam uirentē. et faci
entem semen et lignū po
miferū faciens fructum uix
genius suū. cuius semen ī
semetipso sit sup terram. **E**t
fēm est ita. **E**t pculit terra
herbam uirentē. et afferen
tem semen uixta genussuū.
lignumq; faciens fructū
et habens unūq; q; semē
tem uixta speciem suam. **E**t
uidit d̄s qđ esset bonum.
fēm q̄z est uesper et mane di
es terrius. **D**ixit aut̄ deus. si
ant luminaria ī firmame
nto celi. et diuidant diem ac
noctem. et sunt in signa ac
tempa et dies. et annos. ut

ord propter signa sunt

luceant in firmamento
celi et illuminent terram.
Et sc̄m est ita. fecitq; d̄s duo
magna luminaria. Lumi-
nare maius ut precesset di-
ei: et luminare minus ut p-
asset nocti. Et stellas. Et po-
suit eas in firmamento celi.
ut lucerent sup terrā. et pre-
cessent diei ac nocti: et diui-
derent lucem ac tenebras.
Et uidit d̄s qđ ēt bonum:
et sc̄m est uesper et mane di-
es quartus. Dixit etiā d̄s.
Pducant aque reptile ani-
me uiuentis. et uolatile su-
p terram: sub firmamento
celi. Creavitq; d̄s cete gran-
dia. et omnē aīam uiuentē
atq; motabile quā pdixre
vant aque in species suas.
et omne uolatile sedm ge-
nus suū. Et uidit d̄s qđ
esset bonū. benedixitq; ei
dicens. Crescite et multipli-
camini et replete aquas
maris: auesq; multiplicē-
tur sup terram. Et sc̄m est
uespe et mane: dies quint?

24

Dixit quoq; d̄s. Pducat ter-
ra aīam uiuentem in genere
suo: iumenta et reptilia et
bestias terre sedm species su-
as. Factumq; est ita. Et fe-
cit d̄s bestias terre iuxta spe-
cies suas: et iumenta et omne
reptile terre in genere suo.
Et uidit d̄s qđ esset bonū: et
art. faciamus hōiem ad yma-
ginem et similitudinem nūam-
et presit piscibz maris et uo-
latilibz celi. et bestiis uniuer-
seq; terre: omniq; reptili qđ
mouetur in terra. Et crea-
uit d̄s hōiem ad ymaginē
suam. ad ymaginē dei crea-
uit illum: masculū et femi-
nam creavit eos. Benedixit
q; illis d̄s et art. Crescite et ml-
tiplicamini. et replete terrā
et subicite eam: et dñamini
piscibz maris. et uolatilibz
celi. et universis animantibz
que mouentur sup terram.
Dixitq; d̄s. Ecce dedi uobis
omnem herbam afferentem
semen sup terrā. et uiuisa
ligna que habent i semet.

adiuia
p. 106v. 107r.
ip̄is sementē generis sui ut
sint uobis in escam & cunctis
tis aīantibz terre. om̄iqz uo
luci celi. & uniuersis q̄ mo
uentur in terra. & i quibz e
āia uiuens: ut habeant ad
uestendū. Et fēm est ita. Vi
dit qz d̄s cuncta que fecit:
et erant ualde bona. Et fac
tum est uelpe & mane: di
es sextus. **I**gitur pfecti s̄t
celi & terra: & om̄is ornat̄
eoz. Compleuit qz d̄s die
septimo opus suum qd̄ fe
cerat: et requieuit die sep
timo ab uniuerso opere qd̄
patrarat. **Quinqz orōnes**
seq̄entes dicant̄ sine Dñs uo
biscū. et sine flectam̄ gen̄.
h̄ dicatur. Oremus. O.

Deus qui mirabiliter
creasti hominem. & mira
bilius redemisti. da nob̄ q̄s.
contra oblectamenta p̄cū
mentis ratione persistere. ut
meream̄ ad gaudia eterna
p̄uenire. **P. lectio sedā.**

Actum est in uigilia
matutina & ecce respi

ciens dñs sup̄ castra egyp̄ti
qz p̄ columnā ignis & nu
bis. interfecit exercitū eoz. &
subuertit rotas currū. fe
reabantur qz in profundū.
Oxerunt ergo egyp̄tij. fu
giamus isrl̄em: dominus
enim pugnat p̄ eis contra
nos. Et ait dñs ad moysen.
Extende manus tuam sup̄
mare: ut reuertant̄ aque
ad egyp̄tios sup̄ currū et
equites eoz. Cumqz extendit
set moyses manus cont̄ ma
re: reuersum est primo di
luculo ad priore lacum. fu
gientibz qz egyp̄tij occurre
runt aque: & inuoluit eos
dñs in medijs fluctibz. Re
uersē sunt aque & opuerit
currū & equites cuncti ex
citū pharaonis. qui seq̄u
tes ingressi fuerant mare:
nec unus quidē sup̄fuit ex
eis. filii aut̄ isrl̄ preterit p̄
mediū lucci maris: & aque
eis erant quasi p̄ muro a
dextris & a sinistris. Liberatio
qz dñs in die illa isrl̄ de ma

+ om̄is ore
scelus His iuvans abit. i. v.

esset redempturus iste. Et
nunc sup̄ h̄c om̄ia: terra
dies est hodie. qđ h̄c f̄st.
Sed et mulieres quida ex
nris terruerūt nos: que an
te lucem fuerunt ad monu
mentū. Et nō inuenio cor
pore eius: uenerūt dicen
tes. se etiam uisionem an
gelor̄ uidisse. qui dicunt
eum uiuere. Et abierunt
quida ex nr̄is ad monumentū:
et ita inuenierūt sic
mulieres dixerūt. ip̄m nō
nō inuenierūt. Et ip̄e dixit
ad eos. O stulti et tardi cor
de ad credendū: in omnibz q̄
lariūt sunt pp̄he. Nonne h̄c
oportuit pati xp̄m et tra
intrare in gl̄am suam?
Et incipiens a moysi et om
nibz pp̄hetis: interpretaba
tur illis in omnibz scriptu
ris. que de ip̄o erant. Et ap
propinquauerūt castello
quo ibant: et ip̄e se finxit
longius ure. Et coegerūt il
lum dicentes. Mane nob̄
cum q̄m aduerspascit et i-

clinata est iam dies. Et in
trauit cū illis. Et f̄m ē dū
recumberet cū illis: accepit
panem et benedixit. ac fre
git et porrigebat illis. Et
apti sunt oculi eoy: et cog
noverūt eū. Et ip̄e euau
to ex oculis eoy. Et dixerūt
adiuicē. Nonne cor n̄m
ardens erat in nobis dum
lo queretur in uia et aperte
nobis scripturas? Et surge
tes eadem hora. regressi sunt
in hierlm: et inuenierūt co
gregatos undecim. et eos q̄
cum ip̄is erant dicentes qđ
surrexit dñs uere et apparu
it symoni. Et ip̄i narrabat
que gesta erant in uia: et
quom̄ cognoverūt eum i
fractione panis. Credo. off.

In gl̄ dñi descendit de celo et
dixit mulieribz q̄e queritis
surrexit sicut dixit attā. sec.

Suscipe q̄s domine preci
pp̄li tui cū oblationibz
hostiar̄. ut paschalibz ini
ciata mysterijs. ad eternita
lis nobis medelam te opante

proficiant. p. 6. **S**urrexit do-
minus et apparuit petro aita. p. 7.

Primo nobis dñe tue cari-
tatis infunde. ut quos
sacramentis paschalibus sati-
asti. tua facias pietate con-
cordes. p. eiusdem. **f**rat. iij. offertur

Pqua sapientie potauit eos
aita. firmabit in illis ait.
et non fletetur aita. et exaltabit
eos in eternum aita aita. **X**on-
fitemini domino quoniam bonus quoniam in
celum misericordia eius. gloria in eis. oratio.

Deus qui eccliam tuam no-
vo semper fecisti multiplici-
cas. concede famulis tuis. ut
sacramentum uiuentio teneatur.

Quo fide precepunt. p. 8c. actuum
in diebus illis. **S**urgens apostolus
paulus. et manu silentium in-
dicens ait. viri fratres. filii ge-
neris abraham. et qui in nobis
timenter dimicant. uobis uerbum
salutis huius missum est. Q-
enam habent hierichon et princi-
pices eius ignorantes ihesum et
ucces. ppletarque que per omne
sabbati leguntur. iudican-
tes impleuerint. Et nullam

cam mortis uiuentem in eo :
petierunt a pylato ut int-
ficerent eum. Cumque consum-
massent omnia que de eo scrip-
ta erant. deponentes eum de
ligno. posuerunt in monum-
to. Deus vero suscitauit eum
a mortuis. Qui uisus est per
dies multos his qui simul
ascenderant cum eo de galylea
in hierichon. qui usque nunc
sunt testes eius ad plebem.
Et nos uobis annunciam
eam que ad prius nros rep-
missio facta est. quoniam hic dominus
adimplevit filius nris. iesus
christus ihm christus dominus noster.

Rec dies. **V**dicant nunc qui
redempti sunt a domino quos rede-
mit de manu inimici de regio-
nibus congregauit eos. **H**ab.

X. **S**urrexit dominus et occurserunt mu-
neribus ait auete tunc accesserunt
et tenuerunt pedes eius. **Cod. lucas.**

Nutto fr: **S**teat ihesu in me-
dio discipulorum suorum. et dicit
eis. Pax uobis. Ego sum.
Solite timere. Contubulati
uerbo et conterrito. exstima-

N. **I** esti
steat ihu
na oīto.
Surrexit
p nob̄
Ai hac d
es excludim
ur in dñis
lun i repetan
bz qndo dēt
Hym.
Io n allel
u ob itor. 7
sal i rancit
uli p oter n
at hū us 7 s
vile us. 7 s
ici us. Pa
e d us. i
se atus.
o d iples. i
go s deru
Si t mis
na uos. L
nsu lauti
te spm scm
tis peccā ren
quoy rean
nt. **D**ui sic
F homis

RE 30

PEXSO 26.
serdito
mus: no
t ike. Di
discipli
au dixit
ubz ei us
mittan
cum cla
ui mean
red am
i car
pri na
ui cla
durt.
ppu
hi
as fer
ilatul
ab us se
na sra
us me
isti me
auderit
iude: a lia
onspectu d
no sum se
l hec aci se
avis qua
'w: evut

Pa. Bala. 0

monibz ad

ne fidelihi mi

n siroluntis

d

illios n ad

ut sit furor tuus super omnes
ad hunc tue gloria. **Oratione.**
Misericordia et misericordis deus
de tuum munere uestrum.
ut tibi a fidelibus tuis
igne et laudabilitate seruatur.
tribue quod nobis ut ad
milliones tuas sine ob-
missione curramus. **P.** **A**d
Res. **A**brahah galathas.
dicta sunt permissiones.
semini eius. Non dicitur et se-
minibus qui in multis. sed
nasi in uno. et semini tu
qui est christus. **H**oc autem di-
testamentum confirmatum
deo. que post quadrin-
gentos et triginta annos
est lex. non iurit facit
enactuandam permissionem.
nam si ex lege hereditas.
nam non ex permissione. Abra-
ham autem per permissionem dona-
tus deus. Quid igitur lex.
propter transgressiones po-
nitur. donec ueniret se-
minal cui punierat. ordinata
in anglo i manu medi-
ator autem unius. **M**ediator autem unius

non est. deus autem unus est. lex
ergo aduersus permissionem dei?
Abiit. **S**i enim data esset
lex que posset uiuificare.
uere ex lege esset iustitia.
Sed conclusit scriptura oia
sub pecto: ut permissione ex fide
christi xpi daretur credentibus.
Respice domine in testamentum
tuum et animas pauprem tuorum ne
obliuiscaris in finem. **E**xar-
ge domine et iudica causam tuam
memor esto obprobrii seruorum tu-
orum. **A**ffa. **V**enite exultemus
domino uictoribus deo salutari nostro.
In illo **R**: **D**ixit **s. lucas.**
Ihesus. d. s. Beati oculi. qui ui-
dent que uos uidetis. Dico
enim uobis. quod multi prophete
et reges uoluerunt uidere
que uos uidetis et non uidetis.
et audire que auditis et
non audierunt. Et ecce quod
legis pectus surrexit. tem-
ptans illum et dicens. Ma-
gister. quid faciendo uitam
eternam possideo? At ille
dixit ad eum. In lege quid
scriptum est? Quomodo le-

27

83

gis. Iude respondens dixit.
Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo. et ex tota
anima tua. et ex omnibus viribus
tuis. et ex omni mente tua.
et primum tuum sicut te
ipsum. Dixit quod illi. Recte re-
pondisti. Hoc fac. et iuuem.
Iude autem uolens iustificare
seipsum. dixit ad eum. Et quis
est meus proximus? Sicut
piciens autem ihesu. dixit. Ho-
mo quidam descendebat ab
hierusalem in iherico. et inci-
dit in latrones. Qui etiam
despoliauerunt eum. et pla-
gis impositis abiuerunt se
mitiuiuo relicto. Accidit a
ut sacerdos quidam descen-
derit eadem via. et uiso il-
lo preteriuit. Similiter
et lenita cum esset secus locum
et uidere eum. pertransiit.
Samaritanus autem quidam
iter faciens. uenit secus e-
um. et uidens eum misericordia
motus est. Et approprians
alligauit uulnera eius. et
fundens oleum et uinum.

Et imponens illum in au-
mentum suum duxit in sta-
bulum. et curam eius egit. Et
altera die perdidit duos dena-
rios et dedit stabulario. et
auit. Curam illius habe. Et
quodcumque supererogaueris.
ego cum rediero reddam tibi.
Quis horum trium uidetur
proximus fuisse illi qui in-
cidit in latrones? At ille
dixit. Qui fecit misericordiam
in illum. Et auit illi ihesu. Va-
de et tu fac similiter. off.

In te spau dñe dixi tu es deus
meus in manibz tuis tria mea.
Dostias quod dñe fecerat.
Oppitius intende quas
sacris altaribz exhibem.
ut nobis indulgentiam
largiendo. tuo nomini
dent honorem. p. **D**ane-
de celo dedisti nobis dñe haben-
tam omne delectamentum et om-
nem saporem suavitatis. p. **T**
Iuificet nos quod dñe
huius participatio
scia mysterij. et pariter
nobis expiatione tribu-

borari p spm ei interiori
homine. habitare xpm
p fidem i cordibz uris. In
caritate radicati & funda-
ti: ut possitis comprehendere
cū omibz scis. que sit la-
titudo. & longitudo. & sub-
lmitas. & profundū. **S**a-
re etiā supeminente scien-
tie caritatem xpī. ut im-
pleamini i omnem plen-
itudinem dei. **E**i aut qui poter-
est omnia facere superabun-
dantē quā petimus. aut i-
telligimus. sed m virtutē
que operatur in nob̄: ipi-
glā in etelia & in xpō ihu
in omīs generationes scri-
scloꝝ amen. **R.** Timebunt
gentes nom̄ tuū dñe & omnes
reges terre glām tuam. **Q**uo-
niam edificauit dñs h̄yon & ui-
debitur i maiestate sua. **A**ltā.
X Confitemini dño & muccate
nom̄ eius annunciate int̄ gen-
tes opa eius. **S**ed m lucam.
In illo t̄x: **I**bat ih̄ i cui-
tatem que vocatur nazim:
et ibant cū illo discipul̄ ei.

et turba copiosa. **C**um aut̄
appropinquaret porte ci-
uitatis. ecce defunctus es-
ferebat̄ filius unicus ma-
tri sue. Et het uidea erat.
et turba ciuitatis multa cū
illa. **Q**uam cū uidisset
ih̄: misericordia motus sup-
eam dixit illi. Soli flere.
Et accessit & tetigit locu-
lum. **H**i aut̄ qui portabat:
steterunt. Et ait. Adoles-
cens tibi dico surge. Et re-
sedit qui erat mortuus:
et cepit loqui. Et dedit il-
lum matri sue. Accepit aut̄
om̄s tumor: & magnifica-
bant deum dicentes. **Q**ā
ppha magnus surrexit i
nobis: & quia d̄s visita-
uit plebem suam. **O**ff Dñe
in auxiliū meū respice conſu-
dantur & reuereant̄ qui que-
runt aliam meā ut auferat̄
Tua nos dñe **s**ecta. eā.
Sacram̄ta custodiāt.
et contra diabolicos tue-
antur semp incursus. **P.**
Dñe memorabor iusticie tue

solus. d's derasti me a uiuentu
te mea et usq; i' senectam & seni
um d's ne derelinqs me. **posteo.**

Mentes nrās et corpora
possidat q's dñe et in
celestis opatio. ut si nos
sensus in nob. sed iugit
eius preueniat effectus. **p.**

Verbi es dñe **Dñe. xvij. offm.**
et rectum iudicium tuum fac cu
seruo tuo scdm misericordiam tuā.

VBeati immaculati in via qui
ambulant in lege dñi. **glā. orō.**

Tua nos dñe q's gracia
semp et preueniat & se
quatur. ac bonus opibz in
giter prelect esse intentos.

p. Ad ephesios.

Prs: **O**bleero uos ego
uinctus in dño: ut
digne ambuletis uocatio
ne qua uocati estis. cum
omni humilitate & mansu
etudine. cu patientia sup
portantes iniucem in ca
ritate. **S**olliciti seruare
unitatem sp̄s: in uiuē
pacis. **V**nū corpus & un
sp̄s: sicut uocati estis in

una spe uocationis vestre.
Vnus dñs. una fides. unū
baptisma. **V**nus d's & pat̄
om̄um: qui sup onis et
p om̄ia. et in omnibz nob.
Qui est benedictus in sc̄la
celoz amen. **B**eata gens
cuui est dñc d's eoz ppls quem
elegit dñs in hereditate sibi. **x.**

Verbo dñi celi firmati sunt et
spū onis ei om̄is uirtus eoz.

Itā. **P**aratū cor meū d's
paratū cor meū cantabo & psal
lam in glā mea. **scdm luca.**

In illo k: **C**um intraret
ihc in domū cuiusdā prin
cipis phariseoz sabbo mā
ducare panem: & ip̄i ob
serualant eū. Et ecce ho
mo quidā ydropicus: e
rat ante illum. Et respon
dens ihc: dixit ad legispi
tos. et phiseos dicens. **S**i
ueret sabbo curare. At illi
tacuerūt. Ip̄e uero apprehē
sum sanauit eū: ac dimi
xit. Et respondens ad illos:
dixit. Cum uīn alius
aut bos in puteū cadet. et

Dicitur enim uocem
dei regis tamquam uocem
eius: salua ego. Et illi re-
uersus. et palmae can-
xit. Confiteba. Alleluia.
et resalutauit eum. Et
una festa e uerber ex i-
hera. Et cu uenisse ih-
suum primus. et iudicium
tribunorum. et curiam suam
trauante. ducit. Recedit te-
sion est enim mortua pri-
lia. sed dormivit. Et deridet
eum. Et cum ciepta esset
la. intravit et tenuit se
num eius. Et surrexit ip-
sella. Et exiit fama her-
ciniensem universam uirram. **off.**

De profundis clamavi ad te o
mne domine exaudi orationem me-
am non seruari. **seta.**
Abus augminto sacrificiu-
m tibi domine laudi
offerimus. ut quod in misera-
tis contulisti. precium esse
quarum. **p.** **Com.** **I**n die
nobis quicquid orantes petitis
credite quod accipietis. sicut uo-
Sumerentes dñe | **poo.**

recto

quid accipiatur. **D**icit ei un
us discipulus eius andreas
frater symonis petri. **E**sse py
per unus hic qui habet quin
que panes ordinaricos et duos
pistaces. **S**ed hoc quod sunt in
ter tantos. ~~unter tantos.~~
Dixit ergo eis ihes. facite
homines discubere. Erat
autem fenum multum in loco.
Discubuerunt ergo viri: nu
mero quasi quinque milia. Ac
cepit ergo ihes panes: et cu
m grās egisset distribuit dis
cumentibz. **S**imiliter et
ex pistachis quantū volebat.
Vt autem implexi sunt dixit
discipulis suis. Colligite q
uā supauerunt fragmenta ne
peant. Collegerunt ergo
et implexerunt duodecim
cophinos fragmentorum ex
quinque panibus ordinarioris.
que superauerunt his quā ma
ducantur. **I**n ergo ho
mines cum uidissent quod se
cerat signum dicebant.
Quia hic est vere prophetā
qui uenturus ē in mund.

Gloria dñe munera p.
tuoy comemoratione
scor. ut sicut illos passio et
fecit gloriosos. ita nos deuoto
reddat innocuos. **P.** **prefa.**

Quia p. incarnati. **T**Com
municantes. **O**. **V**ideo celos
aptos et ihu stantem a dextris
uirtutis p. dñe ihu accipe spm
meū et nostauas illis hoc pcam
quia nesciunt qd faciunt. **pco.**

Huxilientur nobis dñe
sumpta mysteria. et
intercedente bo stephano
phomre tuo. sempiterna
protectione confirmant. **P.**

Sc̄ iohannis euangle. offn.

In medio ecclie apuit os eius.
et impieuit eum dñs spū sapie
et intellectus. stola glie induit
eum. **P.** **L**ocunditate et exulta
tione thsaurizant sup eum. **S**ca.

Eccliam tuā **O**ro. **S**ca i ex.
dñe benignus illustra.
ut beati iohis apli tui et e
uangeliste illuminata doc
trinus. ad dona pueniant
sempiterna. **P.** **mēm de na**

tali. 7 de scō Stephō. Ep̄la.

Qui timet. **V**erbi sermo
ter fr̄s qd discip̄s ille n̄ mo
ritur. **T**ed sic eum uolo ma
nere donec ueniat tu me scire.

Hic est discip̄s ille q
testimonii phibet de his. **T**am
quia uerum est testimonium ei.

A illo **E**: **D**ixit **s. ioh̄m.**
ihc petro. **S**equere me. **C**o
uersus petrus: uidit illū
disciplinū quē diligebat ihc
sequentē. qui et recubuit i
cena sup pectus eius et dixit.
dñe quis est qui tradet te.
Hunc ergo cū uidisset petr:
dix ihu. **D**ñe. hic autē
quid? **D**icit a ihc. **S**ic eum
uolo manere donec ueniam.
Quid ad te? **T**ume sequere.
Eriuit ergo sermo iste int̄
fr̄s? quia discip̄ls ille n̄
mortuus. Et nō dixit eulx
nō mortu. sed sic eū uolo
manere donec ueniam qd
ad te. **H**ic est discip̄ls qui
testimonii phibet de his:
et scripsit hec. **E**t scimus:
q̄a uerū est testimonium ei. **Credo.**

*Credo in unum
domini patrem*

1542 - fol 1

1542.

87

Finlande

off. iustus ut palma florebit
sicut cedrus que ē libano ē mul-

Escuse dñe sec. applicab.

munera que nō et tibi
sollicitate deferimus.

cū nos confidimus patro-
cino liberari. **P. pfa.** **T**e

dñe **et** **C**ommunicantes

De natali. **cō** Hoc sermo inter-

ties qđ discip̄l's ille nō moritur.
et nō dixit ih̄e nō moritur sed sic

cā uolo manere donec ueniam.

Refecti cib⁹ potuq; **p̄co.**

Recelesti d̄s noster te su-

pplices exoramus. ut in

ciuis hec cōmemoratio-
nem p̄cepimus. eius mu-

niamur et precib⁹. **P. sc̄or**

Innocentum. officium.

Ex ore infantū deus et lac-

terū p̄fecisti laudem p̄pter ini-

micos tuos. **V. D**ñe d̄s noster
qđ admirabile est nomen tuū

in uniuersa terra. gl̄a. **No dicat**

gl̄a in excels. **nisi dñc fuerit**

D̄s cū hodierna die pre **ro.**

Donum innocentis m̄
t̄res nō loquendo s̄ mo-

riendo confessi sunt. omnia

in nob̄ uictor mai-
stica. ut fidem tuam qđ
lingua n̄rā loquitur. etiā
morbz uita fateatur. **P.**
oem de natali et de sc̄is.

Et libri apoc. b̄i ioh̄il apl̄.

S diebz illis. Vidi supra
montē syon agnū stan-
tem. et cū eo centūqua-
draginta quatuor milia
habentes nomē eius. et no-
men p̄nī eius scriptū in
frontib⁹ suis. Et audiui
uocem de celo tanqđn uoce
aquarū multarū. et tan-
quam uocem tonitru ma-
gni. Et uocem quā audi-
ui. sicut citharedoy citha-
rizantū in citharis suis.
Et cantabant qđ si canticū
nouū. ante sedem et ante
quatuor aīalia et seniores.
Et nemo poterat dicere
canticū. nisi illa centū
quadraginta quatuor
milia qui empti sūt dete-
ra. Hi sunt qui cā mulie-
rib⁹ nō sunt coiquinati.
virgines enī sunt. Hi se-

istud? Et hoc ad hoc uenit:
ut uincos illos diceret ad
principes sacerdotum. **S**aul
au multo magis conualeste
bat et confundebat uideos
qui habitabant damasci.
affirmans qm̄ hic est xp̄c.

Qui opatus est petro i aposto
latum. opatus est et in int̄ gen
tes et cognouerūt grām dī quo
data est m. **x.** **G**ra dī in me ua
cua nō fuit. sed gra ei semp in
me manet. **A**ta. **x.** **M**agnific
ses paulus uas electionis ue di
gne est glificandus. **S**in. **lxv.**

Tu es uas elect euenerit. **Er.**
tronis sc̄e paule ap̄le uere
digne es glificandus. **x.** **P**redi
cator ueritatis et doctor gentū in
fide et ueritate. **P**er te om̄is
gentes cognouerūt grām dī. **x.**

Intercede p nobis ad deum q
te elegit. **S**cdm mathm.

A illo R. **D**ixit h̄ymon pe
trus ad ihm. Ecce nos reli
quimus om̄ia: et secuti su
mus te. Quid ergo erit nob̄?
He au dixit illis. Amē di
co uobis: qd̄ uos qui secuti

Damascus foliorum uocis p
estis me in regeneratione
cu sedet filius hominis
in sede maiestatis sue. sedebi
tis et uos sup sedes duodeci.
iudicantes duodecum tribz
isrl. **E**t om̄is qui reliq̄rit
domū ul fr̄es. aut sorores.
aut p̄em. aut matrem. aut
uxorem. aut filios. aut a
gros. ppter nomen meum.
centuplū accepit. et uitam
eternam possidebit. **O**ffr. **C**redo.

Dichi au numis honorificati
sunt amici tui deus nimis con
fortatus est principat eoz. **sæcta.**

Habili tui pauli pretribus
dñe plebis tue dona
scifica. ut que tibi tuo ḡta
sunt instituto. gratoria fi
ant patrocinio supplican
tis. **p. pref.** **T**e dñe. **com.**

Amen dico uob q uos q reliq̄stis

om̄ia et secuti estis me centu
plū accepit et uitam eternā
possidebitis. **postmuni.**
Gratias dñe salutari
mysterio. q̄s ut p nobis
eius nō desit oratio. cuius
nos donasti patrocinio gu

vernari. **P.** **S**ac*ri* julianu epi

Graudi dñe p. et cof. ordo.
ces nras. quas in sc*ri*
iuliani confessoris tui atq*ue*
pontificis sollemnitate de
serimus. ut qui tibi dig
ne meruit famulari. eius
intercedentib*z* merit*z*. ab
omib*z* nos absoluias pec

Hac*cepta* sit **sec*re*ta**. cat*u*. **P.**
Hin c*o*spectu tuo d*n*e no
stra deuotio. ut eius nob*z*
fiat supplicatione saluta
ris. p eius sollemnitate
defertur. **P.** **post*com*muni*o*o.**

Da q*s* d*n*e fidelib*z* tu*s*
sc*o*y tuoy semp uene
ratione letari. et eoy p*re*
tua supplicatione muni
ri. **P.** **S**ac*ri* agnetis sc*o*y. off*c*.

Guuntum tu*s* deprecabunt*o*
om*s* diuites plebis. addu
centur regi uirgines post eam
proxime eius adducant*o* tibi in
leticia et exultatione. **X**ec*u*
tauit cor me*s* uerb*u* bonum
dico ego op*a* mea regi. **Bla.** **or*o***.

Dis qui nos annua be
ate agnetis uirginic

et m*is* tue sollemnitate
letificas. da ut qu*a* uenera
mur officio. etiam vice
uerationis sequamur ex
emplo. **P.** **E**p*la*. **S**apien
ta uincit. **D**ilexisti iusta
ciam et odisti iniqtat*u*. **V**Pro
pterea uixit te d*s* deus tu*s* ole
o leticie. **A**lla. **X**pet*e* tua et
p*re*lud*u* d*omi*ne tua intende p*re*
cede et regna. **Eun.** **S**imile
est regn*u* celoy th. **off*r***.

Offerentur regi uirgines pri
me et offerentur tibi in leticia
et exultatione. adducant*o* tem
plum regi domino. **Sec*re*ta**.

Gup has q*s* d*n*e hostias
benedictio copiosa de
scendat. que et sc*ificatio*
nem nob*z* element*o* petur.
et de sac*ri* agnetis martyris
tue sollemnitate letificet.

P. **c*o***. **S**imile est regn*u* celoy
homini negotiatori querenti bo
nas margaritas. inuenta una
preciosa margarita dedit o*ia*
sua et comparauit eam. **pol*c***.

Cump*l*imus d*n*e celebri
tatis annue uotua

Dicit dñs dño meo
scie et dexter meus. **Tractus.**

Beatit uir qui temet dñm
in mandatis eius cupit nimis.
Potens in terra erit
semen eius generatio rectoy le-
uedatur. **Gla** et diuitiae i domo
eius iustitia eius manet in
celi seculi. **Eun.** **Vigila-**
te. **Off.** Veritas mea et misericordia
mea tu ipso ei in nomine meo exalta-
tur coru eius. **Sexta.**

Bonne nobis dñe ut int
ermissione bi gregorij hec
nobis proposita oblatio. quam
ampliando totius mundi
tribuisti relaxari delicta. **P.**

Iidelis seruus et prudens q
propterea dñs super familiam suam
in illis i tempore tritici mensu
Deus qui beatum p. ram.
gregorii pontifice tu
una scilicet tuorum mentis coequisti.
ncede propitiatus. ut qui com
memorationis eius festa p
lumus. uite quoque unite
miser exempla. **P.** **S**icut ve
didi abbas. officium
s uisti meditabis sapientiam

et lingua cuius loquens iudicium
lex di eius in corde ipsius. **D**o
u emulari in malignantibz ne
qz zelaueris facientes iniuriam.

Tertessio nos qs | **O**ro. **Gla.**

Dñe beati benedicti abbis co
mendet. ut qd nris meritis

no ualeamus. eius patroci
nio assequamur. **P.** **Epla.**

Dilectus deo. **D**ñe preue
nisti eū in benedictionibz dulce
dinis posuisti i capite eius coro
nam de lapide precioso. **Vita**
petijo et tribuisti ei longitudinem
dierum i scilicet scili. **Tractus.**

Beatit uir qui temet dñm
in mandatis eius cupit nimis.

Potens in terra erit semen
eius generatio rectoy benedicetur.

Gla et diuitiae in domo eius eo
iustitia eius manet in scili scili. **Eun.**

Demo accendit **Off.** **D**e
sideriu anime ei tribuisti ei dñe
et uoluntate labiorum ei no fru
dasti eū. posuisti i capite eius co
ronam de lapide precioso. **Sexta.**

Facris altariibz dñe ho
stias superpositas sés
benedictus abbas qs in

cautem nobis prouenire de-
poseat. **P.** **A**men dico uob̄
qd' uos qui reliquistis omnia et
secuti estis me centuplū accipietis
et uitam eternam possidebitis. **P.**

Protegat nos dñe | **W.**
cū tuī pceptione sac-
menti beatū benedictus ab-
bas p nobis intercedendo.
ut et conuersationis eū
expiamur insignia. **E**t in-
tercessiōnis ipius pcpia-
mūs suffragia. **P.** In an-
nuntiatiōne beate marie
offm.

Bonet salvatorem. tpc̄ resurrectōis
attā. attā. **V. E**v iustia orat̄
simul ego dñs creavi eam. gl̄a
Gloria in excelsis. **oratio.**

Deus qui de beate marie
virginis. **D**uxero uerbū tuū an-
gelo nuntiante carnem
suscep̄ uoluisti. presta su-
pplicibz tuis ut qui uere

eam genit̄ tem di com-
mus. eius apud te in der-

cessiōnis ad m̄mū. **P.**
Lectio ysiae pphete.

Dicit dicit dñs dñs. **E**go
dicitur uirga de radice
iesse. et flos de radice eius
ascendet. Et requiescit in
eum sp̄c dñi. sp̄c sapientie
et intellectus. sp̄c consilij
et fortitudinis sp̄c scientie
et pietatis. et replebit eū
sp̄c timoris dñi. Non scdm̄
uisionem oculorū iudica-
bit. neq; scdm̄ auditū au-
rū arguet. sed iudica-
bit ī iusticia paup̄es. **E**t ar-
guet in equitate p man-
uetis terre. Et p̄cutiet ter-
ram uirga oriū sui. **E**t sp̄u
labiorū suorū interficiet im-
